Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



flores medicine

Ad causas et dolores pectoris et pulmonis. Capm

Pectus et pulmo secm Auicenna. sunt membra pulsus et anhelitus. et idcirco de causis et morbis. eius conuenienter dicendum est. Videlicet. Ad cardiacum. Ad singultum. Ad tussim. Ad asma. Ad emoptoicum. Ad ptisim. Ad pleuresim. Et similes morbos horum membrorum. Ad omnes causis pectoris. decocto elyati seminis abrotani sumpta prodest. tussim etiam repellit. Item ad pectus. Ad lenitiuum cum herba que vocatur yris. si acri vino decoctum et potatum prodest. Ad idem. Semen ortice minoris quantum cum melle et per primum diem potum bibat. Ad pleuresim semen ortice minoris cum melle iuctum sumatur. Prodest etiam pulmoni. Item ad pulmonem semen ortice minoris cum lacte decoquatur et sumatur. Ad asma plantago. cum oleris cum tribus communibus decocta frequenter sumatur. Ad emoptoicum. sucus plantagis sepe bibat. Similiter et ad ptisicos valet idem. Ad tussim similiter. Sucus rute sepe bibat. Si fuerit tussis sicca solus sucus rute bibat iuctus cum melle. et bene distrepatus. Item ad dolorem pectoris sumatur dyapigamum. multum prodest. Ad tussim. semen apii cum vino contritum bibat. Ad emoptoicum decocto radicum altee. in vino sumpta conferet. Ad singultum semen cumeti. sup lapide assatum in pane calido ponatur. et naribus adolfacendum adhibeatur. Ad emoptoicum vetonica sumpta cum prisana conferet. Ad empyema. pulmonis vetonice cum melle decocto et despumato sumatur. Item. Illinitum oleo elyatum. tussim et suspiria sedat. Item vetonica sumpta cum aqua tepida prodest pectori. Ad tussim. uncia una vetonice contrita. cum duobus pugillis aque calide. et apposito melle despumato sumatur. Ad emoptoicum. solus sucus porri. frequenter bibitus multum prodest. Si fiat distillatio succum capitis ad pectus et precordia. et tussis inde quiescat. Sucum porri iunge cum ptisana ordei cocta et simile. propinque istud conferet. et a principio egritudinis. Ad tussim antiquam. et ad pulmonem. Sucus porri commistus lacti mulieris sumatur. et conferet multum. Ad asma. Calamentum in vino decoctum tepidum sumatur. Idem etiam potus. mitigat et tollit singultum. Ad vescos de succos pectoris. Pulius pulegij cum melle commestus. vel potatus multum conferet. Ad tussim